



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In  
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

**Chokier, Jean de**

**Coloniae Agrippinae, 1674**

Reg. XXII. de Mendicantibus tranferendis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

Dispensatus a Papa sine causa non est  
 secutus in conscientia.  
 Quos religiosos comprehendat Con-  
 stitutio Martini V.  
 Ordo transferendi mendicantes quis  
 Clausula apponi solita in transeunti-

bus ad alios ordines.  
 8. Monachi habitum dimittentem spe  
 obtinenda facilius dispensationis  
 seipso decipiant, nec teneatur dis-  
 pensati.

REGVLA XXII. INNOCENTII VIII. ET PAULI V.  
 DE MENDICANTIBUS TRANSFERENDIS.

Item de mendicantibus transferendis, quia ad alios ordines transie-  
 runt pro tempore, voluit constitutionem fel. rec. Martini Papae  
 Praedecessoris sui desuper factam, & in libro Cancellariae scriptam,  
 quae incipit: Viam ambitiosa cupiditatis, firmiter observari.

GLOSSEMA ALPHONSI.

In ista Regula dicitur quod in mendicantibus transeuntibus ad alios ordines, seruetur Con-  
 stitutio Martini scripta in Cancellaria: & vult dicere ista regula, quod quando Papa  
 licentiam transferendi ad maiorem ordinem alicui mendicanti, quod non expediatur bulle  
 in Cancellaria, nisi servata forma dictae constitutionis, quae dicit quod quicumque religiosus  
 transierit ad alium ordinem minorem, vel aequalem sua propria auctoritate, quod sicut apo-  
 stola sit ipso facto excommunicatus: & solet poni ista clausula: Dum tamen tua propria  
 auctoritate habitum non dimiseris, & ad alium ordinem vel aequalem tua propria  
 auctoritate huc usque non transieris &c. & si Papa dat licentiam transeundi,  
 seruetur illi constitutioni expresse: dicendo, non obstante felicis recordationis Mar-  
 tini Praedecessoris nostri constitutione &c. & sic practica Cancellaria. Et  
 dicitur est, quod quando unus est mature eratis, & vult transire sine causa ad minorem  
 ordinem, tunc non potest hoc facere absque licentia Papae, ut dicit glo. & Dominicus in  
 c. regula §. prohibemus de praebend. lib. 6. ubi per Domin. quando potest quis tran-  
 siri ad aliam religionem strictiorem, vel aequalem, aut minorem, cum licentia & sine licen-  
 tia superioris & per gloss. & per Doct. in c. licet de regularibus, quae non infero hic: 3  
 quae non multum faciunt ad propositum.

Quam tamen scio, quod per Cameram Apostolicam expediuntur multi bullae, ut non ser-  
 uetur  
 H h  
 uetur

Handwritten text on the right side of the page, possibly bleed-through or marginal notes, including words like 'ARUA', 'LAS', 'HIES', 'JON', 'TPO RIBU'.



vetur illa ordinatio Martini, maxime tempore Sixti Pontificis, qui fuit frater, & bene labores fratrum; ideo de facili secum dispensabat, etiam de ordine sancti Hieronimi, & de sancto Francisco, quod sint fratres sancti Joannis Hierosolimitani, nisi Spiritus cum Crucibus ante pectus: Ego autem in istis dependentibus à conscientia, maxime ex toto, non essem securus cum dispensatione Papali, juxta gloss. singul. capite non est devoto. & Papa est excusatus; quia credidit conscientiam impetrantem, & nulli sit prejudicium.

## COMMENTARIA IO. A CHOKIER

**C**onstitutio Martini) Habetur in Extravag. commu. & incipit, *Viam* *curiosa cupiditatis* &c. tit. de Reg. & transeunt. ad relig. qua solum cum hac Reg. comprehendit mendicantes professos. Nam in professis nulla opus fuit confessione aut regula, cum quilibet non professus religionem possit deserere, & ad vitam secularem redire, c. 1. & c. beneficiorum de reg. in 6. c. statimus ex eodem DD. in c. qui post votum d. tit. de Regular. in 6.

Porro, in professis hic servatur ordo, ut si Monachus velit ad religionem altiore transire, tunc sufficiat consensus Abbatis, ut dimittat religionem in qua est professus, & aliam ingrediatur, c. licet de regular. Lapus ad Reg. ca. 1. d. 1. Alio qui poterit revocari à Prælato, etiam si ingrediatur Caschulatum, respondit Navar. consil. 52. de Regul. & cons. 54. d. tit. nisi tamen aliud ex consensione Apostolica vel Constitutionibus Regularum colligatur, Navar. consil. 51. d. tit. quod si ad parem se transferre velit, tunc voluntas Abbatis & conventus sufficit, nisi velit transire ad Monasterium in illa situm Diocesi; quia tunc auctoritas Episcopi intervenire debet, & causa justa in non exemptis, Perus. 16. Nam in exemptis requiritur licentia Papæ, qui est Episcopus exemptorum, ut dicitur in cap. sed subaudiendum 19. q. 2. Quod si ad laxiorem, dispensatio Papæ postulat debet glo. & DD. in cap. Cum singula §. fin. de præbend. si quidem erat major cum religionem ingressus est, & nulla sit causa legitima, cur ad aliam transire illum oporteat: Nam si minor erat tempore assumptionis & juvenis factus, major velit transire ad minorem seu laxiorem, qua forte austeritatem regulam sustinere non valet, tunc sufficit licentia Abbatis & Episcopi, Archid. in c. Monachum 20. q. 1. 16306. in c. significatum de Regular. Hæc ramentum distinctio que est Germaniani in d. §. fin. & Rebuffi in praxi titul. de translac. Monachor. hodie non videtur procedere, dico quoad ejus extremam partem, cum certa ætas dehitura sit profiteri volentibus, nedum per Pium II. in Constit. qua incipit: Cum ex sacrorum ordinum, n. bullarii III. verum etiam per Concilium Trid. quam si quis præventus etiam ignorans dispositionem, professio erit nulla, ut testatur Navar. consil. 54. de Regular.



*Ad hanc licentia Papa*) Solor autem hodie in eiusmodi licentia apponi clausula  
 hac: *Et petita & obtenta per d. Oratorem ab ejus superiore licentia & servata  
 illius forma constitutionis scilicet recor. Sixti V. de super edita, ubi opus fuerit: Et  
 dummodo in secundo dicto ordine strictior vigeat observantia regularis: Et  
 translatio hujusmodi intra sex menses proximos, nec ad evitandum aliquam cō-  
 muniōrum criminum poenam fiat: alioqui praesens gratia nulla sit eo ipso. Sed  
 adverte quod versari quidam, quò facilius eam impetrent, habitum temerè di-  
 mittunt, & ordinem deserunt: verum eiusmodi dispensatio est subrepticia &  
 nulla, cum oporteat illos non solum mentionem facere omissionis habitus, sed  
 etiam fraudis, qua graviter peccando usi sunt, ut benignior in eis esset Romanus  
 Pontifex, alioqui non erunt securi in conscientia, ut not. *Dodisi. Navar. in Relect.*  
*cap. si quando exceptione s. n. 4. & noster hic in fi.* Stante autem eiusmodi gratia, tran-  
 satus non emittitur rursus professionem, sed solum suscipit habitum, & se confor-  
 mat regularibus institutis ordinis ad quem transfertur.*

## ARGUMENTA IN REGVL. XXIII.

INNOCENTII VIII. &amp; PAULI V.

- H**æc regula non est inserta regu-  
 lis Innocentii VIII.
1. Regula hæc quid contineat.
2. Sixtus V. induxit poenam privationis  
 ipso jure adversus infractores Piane  
 constitutionis auctoris hujus Regu-  
 læ.
3. Clemens VIII. sustulit dictam poenā  
 privationis ipso jure.
4. De quibus ordinibus loquatur hæc  
 regula.
5. An clericus bene notus possit sine lit-  
 tera dimissoria promoveri ad S. Or-  
 dines contra dispositionem hujus re-  
 gule.
6. An subsecura rati habitio tollat poe-  
 nam hujus reg.
7. An literæ dimissoria Vicarii genera-  
 lis sufficiant promoveri cupienti.
8. Papa nonnunquam concedit ob do-  
 ctrinam, vel bonum testimonium de  
 consensu ordinarii ut quis omnes or-  
 dines breviori tempore & extra tem-  
 pora suscipiat.
9. Clausula apponi solita in absolutio-  
 ne pro Presbytero promoti ante le-  
 gitimam ætatem, & proviso de Cura-  
 to aut alio S. Ordinem requirente.
10. Clausula restrictiva pro promoti  
 ante legitimam ætatem quam tamen  
 se habere credebatur.
11. Alia Clausula pro promoti per sal-  
 tum, minoribus prætermittis.

Hh a RE-



REGVLA XXIV. PAVLIV.  
DE MALEPROMOTIS.

**I**tem de Clericis extrà tempora à jure statuta, sive ante aetatem legitimam, aut absque dimissoriis litteris ad sacros ordines se promovendi, pro tempore etiam voluit Constitutionem pia memoriae Pii II. similiter praedecessoris sui de super editam, & in dicto Cancellariae libro descriptam, quae incipit cum ex sacerorum ordinum &c. per modo observari.

COMMENTARIA IOAN. A CHOKIER.

**I**sta Regula non est inserta Regulis Innocentii VIII. licet renovet Constitutionem Pii II. alioquin utillimam: nam suspendit beneficiatos, vel clericos, qui absque Canonica aut legitima licentia, se fecerunt promoveri extrà tempora à jure statuta, sive ante aetatem legitimam, vel absque litteris dimissoriis, extra Citramontani à Citramontanis (praeterquam si in hoc ultimo casu per Cancellariam Apostolicam juxrà illius stylum ordinati fuerint, & ad aliquem ex sacrorum ordinibus se fecerint promoveri) & si hujusmodi suspensione durante in illis ordinibus ministrare praesumpserint, eo ipso irregularitatem incurrunt, a quibus non nisi à solo Papa absolvi possunt *cap. cum quidam c. litteras de Temp. ordin. & beneficiis Ecclesiasticis privantur.*

Hanc ergo Constitutionem Pii II. quae est de data 1461. 10. Kal. Decembris, censuit renovandam, & ubique observandam Julius III. & alii ab eo Pontifices, ad nostra usque tempora. Et licet alia Constitutio Sixti V. de data 1588. 14. non. Januarii, quae incipit, *Sanctum & salvare*, statuerit poenam privationis beneficiorum ipso jure, adversus infra elores Piana Constitutionis (ante eam non inducebatur privatio ipso jure) tamen ista vacatio ipso jure hodie non attenditur, cum è medio sublata sit dicta Sixti V. Constitutio, ac ad terminos juris communis ac Concilii Triden. & dictae Constitutionis Pii II. redacta per Constitutionem Clementis VIII. emanatam pridie Kal. Maji, millesimo quingentesimo nonagesimo, quae extat apud Stephanum Quarantam in Summa Bullarii *Fol. mei 387.*

Porro triplex est Ordinarius, qui in terminis hujus constitutionis litteris dimissoriis